

Rursum $\tau\delta\ \chi\alpha\tau\delta\ \alpha\tau\delta\omega$ potest verti, *primo*, *adversus ipsos*, scilicet $\delta\alpha\tau\delta\zeta$, id est *glorias*, hoc est *potentes*, ut sunt *demones*; *secundo*, *adversum se*, ut veritatem *Noster*, q. d. *Angeli cum sint purissimi et sanctissimi*, non audent vel no[n]minare aliquid quod aliquo modo sonet blasphemiam, id est maledicentiam, ne vel per umbram *videant angelicum suum* orum contaminare, et quia maxime exercerunt blasphemiam et blasphemos.

Denique $\tau\delta\ a\ Domino$, quod est in Greco, significat *a Domino*, qui est scelerum vindicta, mala optari. Ita *Oecumenius*: «S. Petrus ait, inquit, hos miseros nulla habita ratione glorias maledicere, cum tamen neque qui potentia et virtus maiores sunt istis flagitiis hominibus, non ferant, id est, non inferant contra ipsas videantur glorias maleficium iudicium apud Dominum.» Deinde citato exemplo Michaelis, quod refert S. Judas vers. 9, subiecto: «Et est a majori argumentio in hunc modum: Si diabolus qui dignorit est ut maleficatur, tamen glorie cuiusdam particeps est, a Michaeli Archangelo coram Domino id non est consecutus; illi sane non sapiunt qui ita temere gloriam omnem maledicis prosequuntur, cum tamen multo post angelorum dignorim sint constituti.»

Oecumenius sequuntur Adamus, Gagnicus, Clarius, Salmeron et alii. Huc accedit Faverdianus, qui sic explicat, q. d. *Quomodo haeretici audent dominationibus*, id est, magistratus et principibus orthodoxis, licet sibi adversantibus, obloqui, maledicere et resistere, cum angelis boni magistratus et principes Ethnici, licet fidei et populo Dei infestos, non exercerunt, sed honorent et reverentur, ut lique in angelis Persarum et Graecorum pro Persis et Graecis confanaganetur Hebreorum populamque Dei decarantibus, *Daniel*, cap. x, vers. 5 et seq. «Illi vero (magistri mendaces, puta haeresiarum, de quibus vers. 1) velut irrationalitas pecora; » *Pagninus*, «velut bruta animalia naturaliter, » scilicet tendunt et ruunt, «in captionem et perniciem; » *graece ξωνι γρηγορίας ει, ζωνι και φρέζα*, id est, «natura genita in captionem et pernicem, » ait *Pagninus*. «Naturale est, ait Ven. Beda, irrationalibus animalibus causa papuli septius in captionem et pernicem ignorantes incidere: » ita haeretici ob suam gulam suosque effrenes appetitus explendos, incident in laqueos diaboli et pernicem eternam. Ex adverso Arias haec explicat active, q. d. *Haeretici sunt velut fax, putat ursi, leones et lupi, qui naturaliter feruntur in captionem et pernicem, puta in predam et comedim aliorum animalium*. Utrumque verum: haeretici enim et passive ruunt in existim, et alios quis laqueis irretitos secum in idem active trahunt. Est hyperbole: nec enim natura haereticorum est prava, nataque in captionem et pernicem; sed sensus est, q. d. Haeretici toti sunt

pravi, toti corrupti, ut videantur nati et facti ad malum, quia corruptionem et concupiscentiam nature suae sequuntur. Rursum heresis ita naturalis eorum afficit et inficit, ut eam totam deverget et trahat ad malum. Sic dicimus natura filii ire, *Ephes. ii, 3*; pessimorum hominum vocatur naturalis malitia, *Sapient. xi, 10*, quia cecu natura impetu eo feruntur, quo eos libidinis ardor, vel honorum opumque cupidio, vel ire et ambitiosus furor rapit.

Comparavit S. Petrus haeresiarachas sui avi, puta Simonianos et Gnosticos, ob superbiam, avaritiam et libidinem, *primo*, *demoniis*; *secundo*, *hominiis impis mersis diluvio*, ac *Sodomitis*; *tunc, tertio*, eos comparat feris et bestiis, que non ratione, sed natura ferine ardore vel furore aguntur, ideoque incidunt, luto ruunt, aliasque secum trahunt in laqueos venatorum, ut capiantur et occidantur. Idem hisdem pene verbis dicit S. Judas, vers. 10: «Hi autem quemque quidem ignorant, blasphemant; quemque autem naturaliter tanquam muta animalia no[n]runt, in his corrupuntur.» Et S. Ignatius utriusque co*œvus*, epistola ad Antiochenos: «Vide, ait, canes rabidos, et serpentes super pectus repentes, dracones squamos, et aspides, basiliscos, scorpiones: hi sunt thees (genus est luporum), vulpes et similes humanae imitantes.» Nam, ut ait Clemens Alexandrinus, *Ald. ad Gentes*, «homines vocantur serpentes, qui sunt deceptores; leones, qui sunt animosi et iram concitatori; suis, qui sunt voluppati dediti; lupi, qui sunt rapaces (l.).»

In his que ignorant blasphemantes, — id est, ut S. Judas ait: «Quemque ignorant, blasphemant; » *Tigurina*, «in his que non intelligent maledicentes.» Est hebraismus: *Hebrei* enim verba contactus sive realis, sive mentalis, sive verbalis, qualis est blasphemare, constituent cum ablativo mediante prepositione in, ut percute in facie dicant pro percutere faciem, credo in Deo, pro credo Deo. Sic hic: «In his que ignorant, » id est, hec que ignorant, blasphemant. Taxat eos qui se Gnosticos, id est scientes, appellabant, cum essent ignorantes, ideoque orthodoxa, que ignorantibus aut sine et credere nobiscant, superbe et proterve respuerant ac blasphemabant; de qualibus iure ait S. Paulus, *Roman. cap. i, vers. 22*: «Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.» Huc faciliter hereticorum (*Manicheorum*) privilegium diabolicum, uti vocat S. Augustinus, lib. XXII *Contra Faustum*, cap. xv, ut quidquid est in Evangelio quo adjuvari heresim suam putent, id a Christo dictum teneant; quidquid autem ex eisdem codicibus adversus eos sonuerit, immissum a falsatoribus

(1) Naturaliter in captionem et in pernicem, id est, que per naturam in id destinata sunt ut ab hominibus capiantur et interciantur.

ore impudenti et sacrilegio non dubitant dicere.» Idem, lib. XIII, cap. XII, comparat eos perdidici: «Perdit enim, ait, nimis contentiousum animal notum est, quanta aviditate ipsius contentions eurrat in laqueum.»

In CORRUPTIONE SUA PERIBUNT. — Grace est elegans paronomasia: $\tau\delta\ \phi\phi\zeta\ \alpha\tau\delta\omega\ \chi\alpha\tau\delta\phi\phi\zeta\alpha\tau\delta\omega$, id est, corruptione sua corrumpuntur; hic est enim fœdus voluntatis finis et merces. Nam, ut ait S. Paulus: «Qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem, » *Galat. cap. vi, vers. 8*; et *Philip. cap. ii, vers. 19*, hosco haereticos notans: «Quorum Deus, ait, venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.» Sane Lutherum; cum vespera laute conasset, noctu desperatione et furia demons actum, sibi injecto laqueo necem intulisse asseruit ejus famulus, postea ad orthodoxam fidem conversus, uti refert Thomas Bozzius *De Signis Ecclesie*, tom. II, lib. XXIII, cap. iii. Ubi et addit Carolostadium, Bucerum, *Oecolampodium* a Santa st Tocatos interisse, Calvinum pediculari aliisque novem dirissimis morbis per quatuor annos exercutum, turpissime obisse, testatur Balsanus ejus discipulus in Calvini Vita. Sic Dionysius tyrannus, cui et tyrannorum infelicitatem professus, aiebat: «illis certe similes animalibus tyranni sumus, quae saginatur, quibus comeduntur, ibi VIII Prepar., cap. v.

Vere S. Chrysostomus, homil. 45 in *Matthæum*, agens de haereticis: «Super ventrem repunt, inquit, quia quidquid faciunt, propter ventrem faciunt, et propter vanam gloriam peccoris sui. Terram manducant, quia neminem lucrant nisi illos qui in terra sunt, id est, homines carnales.» Et S. Leo, sermon. 4 *De Ascensione*: «Cui, ait, diabolus carnales militant volupates, qui animas ad superna tendentes corripubilibus honorum delectationibus obligare, et ab illis sedibus, de quibus ipse eructus, gaudet abducere?» Idem, sermon. 5 *De Epiphani*: «Fugiantur, ait, noxie volupates, inimica gaudia, et desideria jam jamque peritura: qui fructus est, queve utilitas ea insinuerit eupere, que etiam non deseruant, deserenda sunt?» Et S. Basilius, homil. *De legend. libris Gentil.*: «Corpus, ait, castigandum est, ac instar fere cohendum, et ab ipso aduersus animalia tumultus orientes iatione velut flagello compescendi; ne frenum volupati omnino laxando, mens velut auriga ab equis contumacibus, ac minima obtemperantibus feratur ad rapiatur.» Citat Platonem, qui Athenis Academiam loco persistenti elegit, ut corporis luxuriam amputaret; et Pythagoram, qui cuidam se saginanti dixit: «Hens miser! non desiris diurom tibi carcere preparare?» Et S. Salvianus, lib. I *ad Ecclesiam Vercellensem*: «Audio, inquit, homines qui dicunt nullum esse abstinentis meritum, delirare eos qui castigant carnem suam, ut menti subditam faciant: quod nunquam scripsisset, neque fecisset.» *Paulus*, si delirarentum putasset. Gloriatu autem: *Castigo corpus meum, et in servitum regnante me, ne, cum alii prædeceaverim, ipse reprobus inveniar: ergo qui non castigant corpus suum, et volunt prædicare alii, ipsi reprobi habentur.* Mox vero perstringens eos qui in hac parte haereticos imitarentur: «Que istos, inquit, Epicurus nova schola misit, qui voluptam predicent, delicias suadeant? Dominus Jesus volens nos adver-

tantum in futura, sed et in presenti vita, ut scilicet dedant se fedis et preposteriori voluntatisibus Venneris et ventris, quibus tam corpus quam animalia corrumpant, polluant et perdant; hec est enim corruptio de qua paulo ante, quam scilicet sponte sibi compararunt, ait *Oecumenius*. Unde S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, legi: «Recipientes mercedem iniustitiae luxuriam; » uti receperit Philosophi qui, cum Deum cognitum non coluissem, traditi sunt in reprobum sensum et libidines sodomiticæ, de quibus Paulus, Rom. cap. i, vers. 24. Illi et mercede hanc explicans S. Petrus subdit:

Voluptatem existimantes dei delicias. — *Greci τις διετελεσθεντες*. Tigurina, pro voluptate ducentes, si in diem delicit, vel ut Valabius, diurnis delicias fruuntur; Pagninus, *voluptates putantes eos que sunt in diem delicias*. Dei ergo delicias vocat diurnas, que ad diem, id est, modicum tempus durant, cum verbe delicia sint solidæ, constantes et externe. Ita Arias, Titelmannus, Adams, Gagenuis et Salmeron; vel, ut *Oecumenius*, a diei, id est, per dies singulos, quotidiana: «Voluptatem, ait *Oecumenius*, quotidiam luxuriam existimantes, hoc est, veram et amabilem letitiam et voluptatem in quotidiana gula fruitions constitutives.»

Præclare S. Hieronymus, lib. II *contra Jovinianum*, sub finem: «Quod multi, sit, acquiescent sententia tua (Jovinianum alloquitur), indicium voluppatum est; et pro magna sapientia deputas, si plures porci posse currant, quos gehennæ suicidie nutrias?» Et post nonnulla: «Basilides magister luxurie et turpissimum complexum, post tot annos in Jovinianum, quasi in Euphorbum, transformatus est, ut Latina quoque lingua haberet heresim suam.» Rursum, post pauca: «Vexillum crucis et predicationis auctoritatis idolorum tempora destruxerat; et regione luxuria ventris et gutturi subvertire militur fortitudinem crucis. Denique semper pseudoprophete dulcis pollicentur, et ad modicum placent: amara est veritas, et qui eam praedicant, replent amaritudine; in azymis enim veritatis et sinceritatis Dominus Pascha celebratur, et cum amaritudinibus comeduntur.» Et S. Ambrosius, epist. ad *Ecclesiam Vercellensem*: «Audio, inquit, homines qui dicunt nullum esse abstinentis meritum, delirare eos qui castigant carnem suam, ut menti subditam faciant: quod nunquam scripsisset, neque fecisset.» *Aulus*, si delirarentum putasset. Gloriatu autem: *Castigo corpus meum, et in servitum regnante me, ne, cum alii prædeceaverim, ipse reprobus inveniar: ergo qui non castigant corpus suum, et volunt prædicare alii, ipsi reprobi habentur.* Mox vero perstringens eos qui in hac parte haereticos imitarentur: «Que istos, inquit, Epicurus nova schola misit, qui voluptam predicent, delicias suadeant? Dominus Jesus volens nos adver-

sus diaboli tentamenta fortiores reddere, certi-
tus **jejunavit**, ut sciremus quia alter illecebras
mali non possemus vincere. Quia causa Christus
jejunari **hi astrauit**, nisi ut nobis exemplo esset
eius jejunium? » Et S. Basilius in *Regulis fusiis*
disp., Reg. 17: « Ut, inquit, optimus corporis habi-
tus et coloris bonitas pugilum a ceteris distin-
guit: sic Christianum a ceteris discerit macilens
corpus, pallorique deflorescens, qui conti-
nentibus velut adjunctum est comes: indicio est
enim Christi mandatorum vere pugilum esse, qui
in firmitate corporis universum suum in lucta
prosternit; et quam potens sit in pietatis certa-
minibus, declarat convenienter verbis illis: Cum
infirmitas, tunc potens sum. »

COINQUINATI ET MACULE. — **Στάξις καὶ πάγια.**
Pagninus, *sordes et macula*; Vatablus, *iniquina-
menta et macula*. **Στάξις** enim, teste Gellio, sunt
maculae et vino vel ungue vestibus inherentes,
queas disolorant, sic dicit a **στάξις**, id est,
a trahendo cano. Ita vocat heresiarum, q. d. In-
quinatissimi sunt et maculatissimi. Simili tropo
hominem scelestum vocamus scelus. Porro tales
sunt, tum quia voluptatibus suis sunt corruptissimi;
tum quia isdem alios corumpunt; tum
quia labem fodam incurunt Ecclesie et nomine
Christianum, ut Gentiles ab illo avertant illud-
que blasphemiam. « Quippe, ut expheet Ecumenius,
qui nihil in se habeant puritatis, sed quasi
sordes in indumento mundo, id est, in pure
sinceritate vita inherentes, et omnes maculantes,
ubi averterint aliquos a sanctitate, et flagitosos
reddero secum versantes vel viros vel mulieres
potuerint, id delicias sibi esse existimat. » Hinc
sunt **πάγια**, id est **probra** et dedecora, vituperia-
rum, ignominiae et infamia Christi et Christianismi,
idque ex dolo Satanae: nam, ut sapienter
adverterit S. Epiphanius, *heresi* 27: « Sunt a Satana
subornati ex producti in opprobrium et scandala
Ecclesie Dei. Indicenter enim sibi quis cogi-
nomen Christianorum ad hoc, ut Gentes per ipsos
offendantur, et sanctae Ecclesie Dei utilitatem, et
veram predicationem propter illorum nefaria
facta et incomparabilem improbatatem aversen-
tur. Et ut Gentes, ipsorum neferia opere consideran-
tes, putent sanctas Dei Ecclesias tales esse, et
avertant aures a Dei et veritatis doctrina. » Porro
S. Judas maculae has attuisse in convivis eorum,
que plena erant ebrietate, crapula, vomiti, las-
civia et luxuria: ait enim, vers. 12: « Hi sunt in
epulis suis maculae, convivantes sine timore. » De
iis etiam accipit S. Petrus; unde subdit:

DELICIS AFFLENTIBUS IN CONVIVIS SUS. — Sapien-
ter Gorgias Sophista, cum annum ageret cente-
mum octavum, dixit se ad tam longevam etatem
pervenisse, eo quod nunquam ad aliena conviv-
itasset, ut refert Lucianus in *Macro*. Ex adverso
S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, abstinen-
tiae et continentiae honestum, eum ita pingit: « Cum
se monachum esse jactaret, et post sordidam tun-

cam, et nudos pedes, et elbarium panem; et
aque potum ad candidam vestem, et nitidam
cutem, ad mulsum et elaboratas carnes, ad bal-
neas et popinas se conferat, manifestum est quod
terram coelo, vita virtutibus, ventrem preferat
Christo, et purpuram coloris ejus putet regna cer-
lorum, iste formosus monachus, crassus, nitidus,
deabus, et quasi monachus semper incedens. »
Videtur S. Hieronymus presentes hereticorum
Ministros pingere.

Nota: Pro *in convivis suis*, legit Interpres in
Graeco, *ἰεράζεις*: olim enim convivia, sive mensae
communes Christianorum post Synam voca-
bantur Agape, quia erant symbolum amoris com-
muni et charitatis fratrum fidelium. Jam legunt
ἴεράζεις; id est **convivantes in erroribus**, vel frau-
dibus et deceptionibus suis. Ita Ecumenius,
Pagninus, Vatablus et alii, q. d. Heresiarum ex
sua errore et heresi non aliud querunt, quam
epulari et deliciari. Unde S. Hieronymus, lib. I
Contra Jovinianum, legit: « Nihil aliud nisi de
voluptatibus cogitantes. »

Audi jam maculas et obscenitatem conviviorum
apud Gnosticos, describentem Minutum Falicum
in *Octavio*: « Ad epulas solemnitate die coeunt cum
omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omni-
bus homines et omnis etatis. Illis post multas
epulas ubi convivium caluit, et inceste libidinis
fervor exarsit, canis qui candalebat nexus est,
jactu osse ultra spatum linea, qua vincut est,
ad impetum et salutem provocatur. Sie everso at-
que exficto concio lumine, impudentibus tenet
nexus nefandas cupiditatis involvunt. »

Idem de Corporacionis scribit Clemens Alexandrinus,
lib. III *Strom.*, ubi et addit illos ad hanc
promiscuam et infandam libidinem sacrilegio
abuso illo dicto Christi: « Omni autem peleti
tribue, » *Luce* vi, 30. Idem de isdem testatur
Philastrius et Theodoreus, libro *De Heres.*, et Ter-
tullianus, *Apolog.* cap. vi. Hisce similes sunt
die nonnulli Anabaptiste et Adamicae, quorum
parens et choragus fuit Lutherus, qui tolos dies
in convivis, compotationibus et enibus exigebat,
ibique cudebat sua hereses; idque ad hoc,
ut remorsus conscientia oblatrantis sibi que
jupiter apostolam objectant, in vino saepeliret:
quod et suis ut facerent, suadebat. Quare merito
in eum hoc scriptus noster Frustris:

Biblia tua sunt, sunt porta Bachica, Luther;
Est apotheca tua bibliotheca tua.

Delicias, asoltias et veneres Calvini qui scire cupi-
vit, legat Bolecum in ejus Vita. Heshusius in
Antidoto contra Ilyri von, rigidum Lutheranum,
scribit, eum ipissimum epicureissimum secum
fratre, et universam religionem a fundamentis
evertente. Smidelingus de suis Lutheranis ita queritur,
concone 4, in cap. xxi. *Luce*: « Ut totus
mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bo-
nis operibus quidquam fidere, illorum operum

nullum exercent penitus. Jejunii loco commessa-
tionibus et perpetrationibus nocte dieque vacant; et
ubi pauperibus benigne facere oportebat, eos
degubunt et exoriant: precatioe vertunt in
juramenta, blasphemia et divini nominis execra-
tiones, idque tam perdite, ut ne ab ipsis quidem
Turci hodie tanopere blasphemant. Denun-
ci pro humiliitate regnat passim superbia, fastus,
elatio; atque hoc universum vite genua ab illis
Evangelium vocata institutum. Erasmus, epilo-
gia *Vulturium*, anno Domini 1520: « Cir-
cumspice, ait, populum istum Evangelicum, et
observa minus illis indulgere luxuri, libidi-
ni et pecunia, quam faciunt ihi quos destinanti.
Profer mihi quem istud Evangelium ex commissa-
tore sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci
liberali, ex maleficio benedicuum, ex impudico
reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostan-
dam, qui facti sunt scipio detinores. » Quin et
Lutherus ipse (ut refert Auri faber ejus discipulus
in *Convival.* *Luther.* serm., pag. 24) asseruit
« schola sue discipulorum magna ex suo cerebro, et hoc
solum querere, ut bonus dies habeant: in papata
alia nebulous portenta non inventari; vocari
Evangelicos reformatos, cum reipsa potius incar-
nati demones esse videantur, ut si cui libertat et
civitatem aliquem nebulous, dissolutorum, rebel-
lium et fraudulonitrum hominum intueri, civi-
tatem aliquam Evangelicam ingredi debeat; vix
inter Paganos, Judeos, Turcas reperi adeo con-
tumacem, spud quos omnis honestas et quidquid
est virtutum penitus interiorit, neque ullius pe-
ccati ratio habeatur. » Quis non credat Lutheru-
s, hic, utpote magistro de suis discipulis testifi-
cant?

LUXURIANTES VOBISCUM. — Graece *ανεργούσθητοι*, id est **coepulantibus** **vobiscum**, ut legit Ecumenius
et S. Judas, vers. 12: « Convivantes sine timore, »
grace *ανεργούσθητοι*. Sic et Clemens Alexandrinus
in *Pedag.*, i, *διάβολος*, ait, id est plenum, publicum
et perenne convivium agitur in oculis; itaque
dicunt a bona sessione: *ἀνεργός vero*, id est **pran-**
dium, in terris, quia post hoc *δέοντος*, id est **oper-**
et laborare. Et cetero sensu accepit posset nostrum
« luxuriantes »: luxuria enim subinde significat
luxuriam eborum et conviviorum, ut *Ephes.* v, 18: «
Nollite inebriari vino, in quo est luxuria, » graece
ἀνεργία, id est *luxuria*, *ἀκίνα*, *ebrietatis*, *crapula*.
Verum quia venter i. ero *estuans* despumant in
libidines, ut ait S. Hieronymus, et quia Gnostici
epulas suas et convivia dirigebant ad expelendas
suis libidines, Noster interpres haec omni complecti
volens, solerter verit **luxuriantes**. Vidi enim id pertinere ad id quod sequitur: « Oculos
habentes plenos adulterii. » Optime id explicat
Ecumenius: « Quin etiam, inquit, dum vobis-
cum coepulantur, non ob charitatem id faciunt,
sed ut occasionem ad decipiendas quilibet nan-

ciscantur. Hi enim cum oculos habeant, non aliud
quam adulterias inspiciunt, atque in hoc sine ullo
fine peccantes, tanquam execrationis filii animas
instabiles inseant. » Significat ergo S. Petrus
Gnosticos se in agapas, id est convivia fidelium
post Eucharistiam, insinuasse, ibique petulantibus
aspectibus et tactibus fideles ad suas libidini-
nes pellexisse. Ita S. Augustinus, *De Fide et Oper.*
cap. xxv: « Mixti sunt enim bonis, inquit, in
epulis Sacramentorum et *delectationibus* plebium. »
Forte et Interpres pro *ανεργούσθητοι*, legit *ανεργούσθητοι*, id est *luxuriantes*: *ἀνεργός* enim significat *luxuri-*
ans, concubere, venerea agere. « Luxuriantes
ergo vobiscum, » id est inter vos et de vobis,
q. d. Insidiant vestre castitati, et secum de vo-
to mente, oculis et tactu exercent suis libidini-
nes, ut ad easdem plene opere compleandas vos
alliant. Cavete ergo illos quasi leones, moe-
dones castitatis. Quare mirum est Erasmus, Va-
tabulum, Pagninus vertere, *insultare*, « In errori-
bus suis, inquietum, id est per deceptiones suas,
quibus scilicet paraverunt sibi divitias, insultant
vobis, ac male precanter; » nil enim tale vox
Greca significat.

14. OCULOS HABENTES PLENO ADULTERII. — *Μετέ-*
παράζεις, id est *plenos adulteria*, hoc est plenos
« libidinosis et adulterinis aspectibus adultera-
rum, » q. d. Mulieres quas ambiunt et satagunt
facere adulteras, jugiter aspiciunt, eas in oculis,
animi, vultu gestant, nil nisi illas aspiciunt et
cogitant, ut ad adulterium pellicant. Ita Ecumenius
Unde S. Cyprianus, lib. *De Singul. Cleric.*
legit *plenos machinationibus*, nimurum,

Oculi sunt in amore duces,

ut ait Propertius in libro secundo *Elegiarum*, 15;
et alius :

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Unde Jeremias, *Thren.* iii, 31: « Oculus meus de-
predatus est animam meam; » et, ut ait ibidem
S. Hieronymus, « per oculum corporis pertulit
predat cordis. » Nam, ut ait Christus: « Qui vi-
derit mulierem ad concupiscendum eam, jam
moechatus est eam in corde suo. » *Math.* v, 28.
Quare merito oculis summa adhibenda est cus-
todia, quia « mors intrat per fenestras, » *Jerem.*
ix, 21. Ita Job, cap. xxxi, vers. 1: « *Πεπίγι*, ait,
fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem
de virgine. » Ne, ut ait S. Hieronymus in *Thren.*
iii, 31, prius incaute aspiceret, quod postmodum
invitus amaret; namque semel species for-
mæ cordi per oculos alligata, vix magno luci-
tanti manu solvitur: ut enim munda mens in
cogitatione servetur, a lascivia voluntatis sue de-
primendi sunt oculi, quasi quidam raptiores ad
culpam. » Et David *Psalm.* cxvii, 37: « *Διέρτε*, ait,
oculos meos ne videant vanitatem. »

Sic senes illi insidiantur Susanna, habebant
oculos plenos adulterii, ideoque evertuntur sen-

sum suum, et declinaverunt oculos suos ut non viderent colum, neque recordarentur iudiciorum justorum, » Daniel. xii, 9.

Recte S. Ambrosius, lib. De Joseph., cap. iii: « Prima, ait, adulteræ oculorum tela sunt, secunda verborum; sed qui non captur oculis, potest verbis resistere; oculi enim sunt fenestrae mentium nostrarum, aut Salvianus, lib. III De Provid., qui et addit, « omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quasi per naturales cuniculos introire. » Quocirca iure Zelenus Locrorius legislator lege sanxit, ut adulteri oculi ercentur, quasi primi in homine adulteri, uti refert Aelianus, lib. XII Variæ Histor., cap. v. Vide S. Gregorius, XXI Moral., cap. ii, et S. Basilium, lib. De Virginit., et Augustinus in Reg. Monach., et epist. 109, ubi inter alia ait: « Nec dicatis vos habere animos pudicos, si oculos habetis impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius, et cum se invicem sibimet etiam tacentे lingua conspectu mutuo corda nuntiant impudicos, et secundum concepcionem carnis alterutro delectant ardore, etiam intacts ab immunda violatione corporibus fugit castitas de moribus. »

ET INCESSABILIS DELICTI, — id est perpetui delicti, q. d. Gnosti perpetui libidinosi oculis proacti, ter aspiciunt mulieres, ut eas faciant adulteras; hinc perpetuo cum iis peccant et delinquent, utne ad momentum a peccato cesserint, quia jugiter eas animo versant et concepcionis: nunquam cessant a delicto, quia nunquam cessant a turpi aspetto, cogitatione et concupiscentia adulterii. Legit Interpres ἀκατάντορος ἀκατάντη, id est incessabiles, scilicet oculos, qui scilicet nunquam cessant a delicto, Ita Pagninus, Vatablus et alii. S. Hieronymus, lib. I Contro Jovinianum, legit, insatiabili libidine.

Audi S. Cyprianum, De Singular. Cleric., preclare hunc locum pertractantem: « Insaniunt prorsus, inquit, ardent desiderio feminarum, et obsecnitibus hinientes malunt mori, quam contenti sint a lateribus mulierum aliqua disjunctione divelli, ut ad explendam sue aviditatem influvium puncto temporis non sint sine feminis voluptate; et hunc habent in mulieribus fructum, ut in illis semper defixa intentione, desideria satient oculorum. Sit inter eos integrum emoritur, ubi omnis commenmoratio, sive convivendo, sive commanendo, corruptis affectionibus inquinatur. Quos S. Petrus Apostolus designavit, dicens: In conviviali suis luxuriantes, oculos habentes plenos machinationibus et incessabilibus delictis, capientes animas infirmas. » Ita hoc seculo Lutherus, cum esset sacerdos et monachus castitatem volo sollemni professus, scribit, tom. V serm. Wittenberg. fol. 119: « Quam non est in mets viribus situm ut vir sim, tam non est mei juris ut absque muliere sim; et femina sociari tam est necessarium, quam edere et bifere. » Zuinglius in litter-

ris ad omnes Helveticas republicas civitates, de seipso loquens testatur, « se auctu libidinis et carnis cupiditatibus sic fuisse accensum, ut carnis libidinosæ studia animo suo versaretur, ir his solis omnes cogitationes suas insumpsit, hoc meditatus sit totusque in eō fuit, ut carnis furori sacrificaret. » Wigandus, De Bonis et Mali German., apud Surius in Histor., pag. 664 et seqq., asserti « scortationes et ebrietates multæ magis quam iniquam in Germania invalescere: quia, inquit, majorem quam alias unquam crescendi habent libertatem, et luxuria jam omnes verecundie fines parupit atque excessit; » et, ut ai Latinus in Corin. xv, 20: « Scut credunt, ita vivunt; sunt et manent sues, credunt sicut sues, et sicut sues moriuntur. » Ita modernos hereticorum Ministrorum compulitos quasi sponsos Penelopes, in ipso etiam verbi Dei pulpite oculos circumferre plenos adulterii, testatur Archibaldus Hamilton in Calvin. confus. demonstr. lib. II, cap. xxix; ubi asserit in Scotia « Ministrorum fere neminem esse, qui ab aliorum vel uxoribus, vel ancillis sibi temperet. » Idem fuse de alliarum Gentium Ministris ostendit Stanislaus Rescinius in eorum Athemisimis communione Ordinis, ubi inter alia describit cenophaphum Beze ex Gabriele Fabrioe in responsione ad Bezan: « Exstat, inquit, Geneva in mausoleo sua statua Beze quatuor columnis suffulta. In prima artificiose opere celato exsculpta Candida cum suo pharetrato Cupidine, multis incestis amoribus non polluta, sed constuprata. In secunda Harpya multis non rapinis, sed sacrilegis, tanquam opinim Gallie spoliis onusta. In tercia Bellona parriodis cincta, multorumque civium sanguine tincta. In quarta Chimæra multipliciti impostura fucata. Et hie sunt quatuor Beze virtutes cardinales, Venus, Harpya, Bellona, Chimera. »

Moraliter nota hic luxuria epithetum esse « incessabile delictum, » quia cuius animum semel occupavit amor venerus, ita eo velut igne succiditur, ut cum restinguere, aut ab eo cessare nequeat, nimisrum nunquam dicit luxuria: « Sufficit, » Pro. xxx, 46. Ita Theotimus oculos perdere maluit, uti medicis ei praedixerat, quam ab uxore abstinere; unde exclamavit: « Vale, amicum lumen, » uti refert S. Ambrosius, lib. IV in Lucam, cap. iv. Idem videre est in bestiis, ut equis, tauris, vaccis, que dum amore aguntur, furere videntur, nec ab illo compellos possunt. Illustrè exemplum fuit in Henrico VIII, Anglie rege, qui ut insano libidini sua cum Anna Bolena satisfacceret, et opes, et fidem, et conscientiam, et famam, et regnum prodegit. Unde Poeta in exquisitissime Scotie, Parisiis anno 1587, ita de eo cecinit:

Juno Jovis soror atque uxor, veruna Anna Bolena
Et spuria Henrici filia et uxor erat.

PELICENTES ANIMAS INSTABILES, — διάσπειρες

ταχές ἀσπειρες, id est, inescantes animas imbecilles, non bene in fide et castitate firmatas et solidatas. S. Cyprianus, De Singul. Cleric., « capientes animas infirmas. » S. Hieronymus, lib. I Contro Jovinianum, « decipientes animas nondum Christi charitate robustas. » Quocumque sapienter monet Eccl. cap. v, vers. 12: « Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui. » Sicut ergo auecupes capiunt aves obiciendo eis escam: siu heretici sunt auecupes animalium debilium et inconstantium, quales sunt mulierculæ: eas enim inescant obiciendo eis escam volupatis et libidinis, per procaces oculos et intuitus. Ille negant Dei iudicium, vindictam, infernum, animæ immortalitatem, resurrectionem, etc. Sane Calvinus infernum censem non esse ignem, sed apprehensionem qua se cruciat dammati, dum cogitant quod offendunt Deum, eumque habeant sibi iratum et ostensum. Joannes Sturmius in Antiprocesso scripti Pappum et Osmandum ad hunc colophonem pervenisse, ut omnem fidem ludibrii putent. Ait enim: « Culum ecell somnium illis est, infernum phantasma; oculum et Dei et diaboli habitucaum est. » Rursum docent Calvinistæ neminem debere resistere cupiditi ad libidini, quia nimisrum est a Deo, qui est auctor omnium timoris et actionum tam malorum quam bonarum, cui semper et in omnibus est obsequendum, id que sine pudore vel scrupulo, quia motionem divinarum neminem pudere debet: da quo vers. 18.

COR EXERCITATUM (per) etiam aliqui legunt, exercitatum) AVARITIA HABENTES, — Pagninus et Tigurina: « Cor habentes exercitatum rapinius. » Consonat S. Paulus, I Timoth. vi, 10: « Radix, ait, omnium malorum est cupiditas, » grec. φόρφυρα, « quam quidam appetentes erraverunt a fide. » Ita hoc seculo Lutherani et Calvinistæ diripiuntur plurima tempora et monasteria in Germania, Gallia, adeoque de sola Anglia vere apud Sanderum De Schism. Anglic. cecinit Poeta :

Milia dea unus temporibus sustulit annus :

Quam timeo in penas vix sis unus erit.

Rursum haeretici sunt usurpari, docentque usurpas esse licitas, uti docuit Molinaeus, tract. De Usuris.

Praelate S. Prosper, lib. II De Vita contempl., cap. xiii: « Eis, ait, qui militant Deo, fugiendo sunt divitiae; quas qui habere volunt, sine labore non querunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. »

MALEDICTIONIS FILII. — Καράξι τίτα, Tigurina, « exercitationis filii, » id est, p̄mo, exercitabiles et exercandi; secundo, digni exercitationis et maledictione aeterna, ut scilicet audiunt a Christo in die iudicij: « Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus, » Matth. cap. xxv, 41. Nomen enim filius apud Hebreos,

quando jungitur genitivo p̄sonæ vel praemii, id est quod dignus, ut filius mortis et gehennæ, id est, reus mortis, dignus gehennæ; filii regni, id est, digni regno colorum. Thomas Anglicus per maledictionem accepit diabolum; hic enim primo maledictus est a Deo. Genes. cap. iii, vers. 1, q. d. Haeretici sunt filii diaboli. « Haereticus si non frater diaboli, certe adiutor et filius est, » ait S. Augustinus, lib. De Pastoralis, cap. xii. Sed hoc symbolicum est, non litterale. Sane Gulielmus Rosseus, lib. Quid Calvinismus sit Paganismus et Tarcismus longe detestabilior, conferendo utriusque dogmata et mores, clare id ipsum ex eorum libris evinat. Unde et addit Calvinistus in Polonia parum abfuisse a Christo publice rejeicendo, et profiting Alcorano Mahometis; causam esse, quod Calvinista a Satana possideant, ita ut per eos quasi tubos et canales loquuntur agatque Satanæ, sumique in Christi Ecclesiam virus evomat. Ideoque eos enthusiasmus et quasi furor agi: quare Vigilantium heresiarcham Calvinum, ejusque delicia Calvinistarum furoribus tante esse inferiora, quanto nanus minor est Hercule, verru monte, festuca trabe, et culex elephanto.

15. DERELIQUENTES VIAM RECTAM (veritatis, fidei et sanctitatis) ERARERUNT, SECUTI VIAM (id est, normam, institutum, mores, actions) BALAAM ex Bosor, — id est, oriundi ex Bosra, urbe Moab. Ita Beda, Glossa, Dionysius, Thomas Anglicus. Verum Balaam non fuit oriundus ex Moab, sed ex Mesopotamia, ut palet Deuter. xxii, 4. In ea ergo fuit urbs Bosor, quam Hebræa, Chaldaica et Septuaginta, quos solet sequi S. Petrus, vocant Petor, vel Petora, Num. xxii, 5. Alii, q. d. Nati ex patre Bosor, ut Bosor sit idem quod Beor: hic enim fuit pater Balaam, Num. xxii, 5. Unde S. Augustinus, Quast. XLVIII in Num., legit, filii Beor. Ita Pagninus, Tigurina, Gagelius, Cajetanus, Adams, Salmeron et alii, idque innuit Graecum τοῦ βαοῦ: articulus enim τοῦ solet notare filium, non possident.

QUI MERcedeS INQUITATIS AMAVIT, — nimisrum numeris Balac, regis Moab, que adamans Balaam voluit maldecire Hebreis, puta populo Dei, uti dixi Num. xxii et xxiii. Docet S. Petrus haeresias studere avaritiae, sicut studiū Balaam, ideoque fingere errores gratos populo.

Rursum siue Balaam dedit consilium Balac regi, ut speciosas puellas submitteret in castra Hebreorum, que eos ad libidinem, indeque ad idolatriam cultumque Beelphegor pellicerent, Num. xxv, 1: ita haeretici predictant libertatem carnis, ut hæc esca homines pellicent in suam haeresim.

16. CORREPTIONEM VERO HABUIT SUE VESANIE. — Greci τηρεῖ δι τηρεῖδις ταρπωνία, id est, redarationem habuit proprie iniquitatis, sive prævaricationis. Noster pro ταρπωνίᾳ videtur legisse ταρπωνία, id est vesanie, insipientie, dementie; illud enim mox subdit S. Petrus, dicens: « Pro-

hibuit prophete insipientiam. Porro correptione facta est per asinam, de qua subdit :

SUJUGALE MUTUM ANIMAL (puta asina jugum et sessorum ferre assuta, muta et bruta) **HOMINIS VOCE LOQUENS** — per angelum, qui formabat voces articulatas in ore asina, dicens : « Quid fecisti? Cur percutis me ecce juv terlio? Nome animal tuum sum, cui semper insidere conueisti? dic quid simile unquam fecerim tibi? » *Num. xxxi, 23.*

Censem Origenes et Glossa Angelum hunc fuisse eum qui presidet specie asinorum omnibus asinus : singulas enim rerum species suum habere angelum presidem. Verus Theodorus, Procopius Abulensis censem fuisse S. Michaelem, eum presidem Synagogae et Hebreorum, nunc presidem Ecclesie et Christianorum. Porro venans et vecors fuit Balaam, quod cum asino contulerit, velletque eam trucidare, ne cogitaret angelum per eos loqui, sed nimis ira et furor cum agebant et execabant : forte etiam ipse, utpote magus cum demone loqui assuetus, censebat demonem per asinum loqui, velque sibi imponere ac iter impudenter, luxurium suum quod expectabat a Balac, interverte. Unde Dionysius Carthusianus, *Num. xxii*, censem eum unum asinum contendens hoc esse, ut demon per eum loquens intelligentem suam contra eum indignationem, itaque cum eo indirecte contendenter indignando contra illam, et in illius deinde asinam verbrando, eamque volendo jugulare. Quare angelus se ei ostendens cum fulgenti gladio, minansque necem, hunc ei errorem, stuporem et arrogantiam exemit; Balaam tamen mox avaritia executus perrexit ad Balac, cumque Hebreos, ut volebat, maleficere non posset, dedit Balac pessimum consilium de pueris, quod paulo ante reconsul, ideoque ab Hebreis in bellu contra Madianitas trucidatis est, *Num. xxxi, 7 et 8.* Cujus rei praesagium fuisse gladium fulgentem quem ei intentavit angelus, docet Anastasius Nicenensis, *Ques. XXXII in Script.*

Mystica Beda: Sicut, inquit, asina redarguit Balaam, sic sape Paganii redargunt et confutant hereticos, laici Clericos, subdili Prelatos, indocti doctos, mulieres viros, plebeii sapientes. De Balaam et asina vido dicta *Num. xxii et xxiii, et Apoc. ii, 14.*

47. **III SUNT FONTES SINE AQUA**, — quia vitalis aqua, id est doctrina sanæ, expertes, q. d. Gnostici jactant et promittunt magnam sapientiam, sed eam re ipsa non exhibent. Ita S. Hieronymus, lib. II *Contra Jovinianum*; et *Eccl. 38*: « Vita aquam, inquit, id est, puram predicationis et dulcem aquam amiserunt; » cum ex adverso suis promissa et pretest Christus : « Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, fluminis de ventre eius fluent aquæ vivæ, » *Jean. vii, 38.* Heretici ergo philosophi sunt, non philosophi; folia dant, non fructus; verba, non scientiam; sophismata, non solidâ argumenta; jactant, crepantque S. Scriptu-

ram, sed eam non intelligunt, immo pervertunt. *Secundo*, S. Augustinus, lib. *De Fide et Oper.*, cap. xxv : « Ideo S. Petrus, inquit, etiam fontes siccios appellat : fontes videlicet, quod accepterint agnitionem Domini Christi; stenos autem, quia non congruent vivunt (destituti enim aqua gratia et bonorum operum). Quod enim Petrus ait, fontes siccios; hoc Judas, nubes sine aqua; hoc Jacobus, fides mortua. » Rursum Glossa : « Ubi, inquit, fonte sine aqua, ibi lutum est erroris et peccati, nec lavat, sed coquinhatur. »

Alludit S. Petrus ad illud *Jerom. xv, 18* : « Facta est mihi manus tua quasi mendacum aquarum infidelium; » aquæ enim infideles sunt fontes, qui promittunt aquam, eamque non præstant, sed sticanter in estate, cum homines ea maxime ad potum, refrigerium et irrigationem frugum indigent. Si S. Judas, vers. 13, hereticos comparat nubibus sine aqua, id est, sterilibus et infecundis, ideoque mendacibus et fallaciis : « Hi, ait, sunt nubes sine aqua, que a ventis circumfuneuntur. »

Et **NEBULE**. — « Nebula » est nubes steriles et infecundæ, puta residuum nubis et vaporum: hinc nebula quasi nubes videtur promittere pluviam et humorum; sed vel nullum præstat, vel frugibus noxiom: sic hereticorum doctrina est vacua, fallax, sophistica, pestifera.

TURBINIBUS EXAGITATE. — Comparat heresiarchas nebulas, que a turbinibus, id est, ventis in gyrum rotantibus, aut ventis contrariis inter se confligentibus quaquevâ agitant et raptant, itaque dispelluntur et evanescent. Sic enim hereticus a demone spiritu vertiginis, et quasi turbine errorum agitur, ut inter se contraria doceant et acerrime confiant, iuxta illud *Isaïæ* cap. xix, vers. 2 : « Concurrit faciem Egyptiorum adversus Egyptios; » immo unus idemque crebro errores mitet, et nunc hunc, nunc alium, et sepe contrarium doceat, ideoque ejus doctrina sui fastidat ostendunt, intereat et evanescat. Hunc hereticorum sui avi genium notarunt S. Irenæus, lib. I, cap. v; S. Justinus, *Ques. 43 ad Orthodoxos*; Tertullianus, *De Prescript.*, cap. xiiii, et Novatianus, lib. VII *De Trinitate*, ubi ait : « Fidem nostram, dum sibi adversantur, affirmant, et illa inconstans ostendunt omnia incerta et vana esse apud se, et bellum illorum pax est Ecclesia. » Causam dat S. Augustinus, lib. XVIII *De Civitate Dei*, cap. lii : « Cupivit, ait, per hereticos diabolus efficeri, ut in Ecclesia essent libere dissensiones, quomodo erant in Academis Philosophorum, ut, sicut ille per multas divisiones tandem interfuerunt, et ab invicem consumuntur, ita fieri in Ecclesia. » Sed falsus est et fallitur, Ecclesia enim velut super firmam Petri petram a Christo fundata in fide, semper sibi constat, adeoque secunda quas diabolus inducit ad ejus obscuracionem, eam magis indicant et illustrant. Idem in hereticis notavit S. Paulus, *Ephes. iv, 14*, dicens :

« Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrine in inequitate hominum, in astutia ad circumventionem erroris. » Vide ibi dicta.

QUEBUS CALIGO TENEBRARUM RESERVATUR. — Græca addunt sc̄iā, id est in æternum caligo tenebrarum, id est, densissima tenebris et caliginosissima igne inferni. S. Judas, vers. 13 : « Quibus procolla tenebrarum servata est in æternum. »

Symbolice Hugo, Glossa et Thomas Anglicus: Caligo servatur hereticis, quia in ea quotidie crescent, ut qui eæ sunt, fiant casiores et plure seducant, iuxta illud *Apocal. xxi, 11* : « Qui noceat adhuc, et qui in sordibus est sorde adhuc. »

18. **SUPERBA ENIM VANITATIS LOQUENTES**. — Dat causam cur heresiarchas vocari « fontes sine aqua et nebulas turbinibus agitatas, » scilicet quia instar fontium et nebularum vane attolluntur et superbunt. « Superba enim vanitatis, » id est, superbam vanitatem, sive inanem superbiam, tumorem et fastum quo tangent, puta fastuosa, vana et superba loquuntur et erubant; hinc vocant se Gnosticos, id est scientes, cum omnium sint insci. Vere Tertullianus, *De Prescript.*, cap. xli : « Omnes, ait, tument, omnes scientiam pollicentur; aut sunt perfecti catechumeni quam edocit. Ipsa mulieres heretice quam proceas? que audeant docere, contendere, exorcismis agere, curationes reprobiter, forsitan et tinguere. »

Nota : *Præsuperba* (male aliqui legunt, *superbia*) græca est *τεμπερα*, id est *prætumida*, excelsa, ingenia, superba, turgida, immodica, immensa, intollerabilis; *Tigurina*, *vehement fastuosa*, de qualibus ait Horatius, *De Arte Poetica*:

Project amplias et sesquipedalia verba.

8. Hieronymus, lib. I *Contra Jovin.*, verit, *loquuntur verbo tumentia*. « Descripsit, inquit, sermo Apostolicus Jovinianum loquentem bucis tumentibus, et inflata verba trutinante. » S. Judas, vers. 16 : « Os eorum loquitur superba. » Alludit ad nebulas, quibus paulo ante heresiarchas comparavit : sicut enim nebulæ instar nubium denseant, tument et turgent, sed infinitus vanus sunt, inanis et vacuus, carent humore, rore et imbre; sic et heretici tument fastu, jactantque suam sapientiam ore, sed in corde ea vacui sunt et inanis; unde sunt sic os sonans et cymbalum timiens. Et hoc significat *τεμπερα*, quod Noster verit, *loquuntur*; *τεμπερα* enim idem est quod resono, clamo, vociferor, ut faciunt heretici, qui cum ratione vincantur, contentiones et clamores orthodoxos vincere satagent.

PELLECIENT. — *Διαζωσιν*, id est *inescant*, objecta esca capiunt, ut aucepit capiunt *aves*, pisces, pisces.

In DESIDERIIS (per desideria quasi per escam)

CARNIS LUXURIÆ, — id est carnis luxuriose, vel

carnalis luxurie, legit Interpres *ἀποτίνει*, id est *luxurie* in genitivo singulari, ut et legit S. Augustinus, lib. *De Fide et Oper.*, cap. xxiv : « Illi- ciunt, inquit, concupiscentia carnis impudicitie, » id est impudicæ, vel impudicis. Jam lo-

gunt *ἀποτίνει* in dativo plurali. Unde Vatablus vertit, *inescant homines per concupiscentias carnis voluptatis*. Porro *ἀποτίνει*, generalis est, significativa luxum, petulantiam, libidinem, lasciviam, qualis est in impudicis tactibus et aspectibus, de quibus vers. 14. Hoc est quod ait S. Judas, vers. 4 : « Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam. »

Porro esca ad luxuriam, et consequenter ad heresim, sed hereticis multiplex datur. *Primo*, Lutherus hanc dedit, quod castitas sit impossibilis; luxuria vero homini tam necessaria sit, quam edere et bibere. Verum dixit impostor, sed de se et suis duxit: « et enim impossibilis est castitas, tum quia id sibi ipsi persuadent: impossibile enim est ut maneat castus, qui id sibi putat esse impossible; effectus enim sequitur humani et judicium rationis; tum quia fidem et gratiam Dei respunt, sine qua impossibilis est castitas, *Sap. viii, 21*; tum quia negant liberum arbitrium, censentque hominem necessario agri rapique a suo appetere et phantasias instar bestie; tum quia velut porci sponte se totos addixere carnem, Veneri et ventri.

Secundo est communis hereticorum, scilicet curanda esse presentia bona certa, non futura incerta. Unde vel palam, vel tacite negant animæ immortalitatem, resurrectionem et gehennam. Audi Brentium in S. *Lucas* cap. xx, hom. 33 : « Etsi, ait, nulla apud nos sit publica professio, quod anima simul cum corpore intereat, et quod non sit mortuorum resurrectio, tamen impurisima et profanissima illa vita, quam maxima pars hominum sectatur, perspicue indicat quod non sentiant esse vitam post hanc. Nonnullis etiam tales voces tam ebris inter pocula, quam sobris in familiaribus colloquiis excedunt. » Hoc est quod de suis dixit Lutherus: « Credunt ut sues, vivunt ut sues, moriuntur ut sues. »

Tertia est Calvinus, quod Deus sit auctor omnium motuum et actionum, tam malorum, quam bonorum. Ex hoc enim ejus principio ejus discipuli, Libertini, duas elicunt regulas, quas ipse Calvinus recenset, *Instruct. contra Libertin.*, xii. *Prima* est : « Cum omnia sint opera Dei, licet hominibus velut laxis habent quidquid in mentem venerit agere, non solus quia sumus extra periculum peccandi, sed etiam quia desiderium aliquo cohibere est impeditre Deum. Ita scorbutationes et rapinae Deo probabantur, ejus sunt opera: ita non est curandum ut raptæ restituantur, quia non est conveniens ut Deus corrigit. » Altera : « Ne quis illius rei conscientia moveatur. Nec hoc solum ex superiori positis consequitur, sed id ipsum illi confitentur, atque adeo id

principie sibi proponunt, ut sopiant conscientias, quo omni sollicitudine vacui homines perpetrent quidquid sese offerat, quidquid appetierint.

Posit enim hoc principio, Deum esse auctorem omnium concupiscentiarum, libidinum, voluptatum, rapinarum, cedum, etc., dicit quilibet: Ego Deo repugnare nec possum, nec debeo; illi ergo obsequar, illi cooperabor; indulgebo concupiscentias, libidi, voluptati sine scrupulo, immo cum laude, eo quod Deum sequar.

Hinc epicureismus ita invalidit, et in dies magis invalescit, ut Calvinus ipso admiratur in sola Gallia tot esse examina Doctorum, qui illi seminando sedulam navant operam, ac discipulorum infinitam multitudinem.

Quocirca Sebastianus Castalio, *De novo Deo Calvino*, asserit Calvinum Deum transformare in diabolum: hic enim est auctor omnis mali; ac proinde Calvinum eum suis pro Deo colere et adorare diabolum. «Duo, inquit, sunt dii, alter verus Christianorum, alter falsus Calvinistarum: falsus Deus est tardus, et misericordiam, propensus ad iram, quia maximam in mundi partem creavit perniciem, cosque non solum ad damnationem, sed etiam ad causam damnationis predestinavit. Itaque decrevit ab aeterno, et vult efficiere ut peccent necessario, ita ut ne furta, nec homicida, nec adulteria committantur nisi ejus voluntate atque impulso; suggerit enim hominibus pravos affectus atque inhenestos, non solum permisive, sed efficaciter, eosque induxit ita, ut dum impie agunt, potius opus Dei quam suum faciant. Satanum ergo eum facit esse mendacem, ita ut non jam Satan, sed Deus Calvini sit pater mendaci; quippe qui sepe aliud in ore, aliud in pectora gerat. At Deus ille quem sacre Litterae docent, est huic plane contrarius. Vult is omnes salvos fieri, etc. Et hie Deus venit ut destruerit illius Calvinianum Dei opera. » Porro isti due contrafieri, suis cultores contrariis moribus imbuti et informant. Nam, ut subdit Castalio: « Verus Deus venit ut destruerit illius Calvinianum Dei opera; et hi duo dili, ut sunt natura inter se contrarios, sic gignunt filios etiam inter se contrarios: videlicet Calvinianus Deus immisericordes, superbos, immites, invidios, sanguinarios, calumnatores, fictos, aliud in corde, aliud in ore genentes, impatienses, malitiosos, seditiosos, contentiosos, ambitiosos, avaros, voluptatis magis quam Dei amantes, omnibus pravis et inhenestis affectibus plenos, quos sis ipsorum pater suggestit. At alter Deus misericordes gignit, humiles, mansuetos, » etc.

Atque ut videoe hunc non unius Castalionis, sed communem aliorum esse sensum, Simoniellus *Contra Gryneum*: « Spiritus Calvinisticus, inquit, mendax est, homicida, ater, pessimus, fugitus, lubricus, diabolicus, falsus, furiosus, verbosus, crassus, cœcus Calvinismus, Arianismus, et Mahomedismus fratres sunt et sorores: tres edilige ejusdem panni. Camarina, in quam multe

hereses confluxerunt; ultima Satanae ira. » Lutherus apud Greterum, lib. I *Contra Goldasium*, cap. XII: « Calvinista, ait, sunt fanatici, progenes viperina, animiæde, impii, blasphemæ, deceptores, sanguinarii, infernales molossi, Germanici Turce a Satana missi et obsessi, Mahometani baptizati, perdiabolati, transdiabolati, superdiabolati. » Godefridus a Valle Parisiensis, anno 1372, publice crencremati librum s' ripst, *De Arte nihil credendi*, in quo docet « oportere prius in Anglia Jacobus in *Basilicodoro*, asserti suis in Anglia Puritanos, id est puros Calvinistas, esse « spiritus fanaticos, perjurios, perfidos, nihil nisi contumeliam et calumnam aspirare, sine ratione maledicta ingeneri, se plus fidei reperire in effreni latronibus, quam in Puritanis; se non solum a nativitate confinio vexatum fuisse a Puritanis; sed etiam in utero materno propromodum ab illis extinctum. »

Eos (refer ad *pellient*, q. d. Haeretici in suis heresies per escam luxurie pellient eos) qui PAULOLUM EFFUGIUNT, (illos) QUI IN ERRORE CONVERSANTUR. — Puta eos qui paululum effugient Gentiles et Judeos, qui in errore gentilissimi et judaismi conversantur, q. d. Haeretici pellient ad se novitos, vel claudicantes et debiles in fide, scilicet recanteri, vel languide a judaismo vel gentilismo ad Christum conversos: hi enim cum in fide sint teneri, infirmi et rudes, facile seduci se sinunt. Pro paululum legit Interpres ἀγέρνατος. Alii legunt ἀγέρνατος, id est sic, hoc est, utemque paululum; aliis ἀγέρνατος, id est revera. Rursum Interpres legit in presenti ἀπεριφέρεται, id est qui effugient; jam in aoristis legit ἀπεριφέρεται, id est qui effugient. Sic enim tola haec sententia gracie legitur: τὸν διάφορον πόνον τὸν τοῦ ἀπεριφέρεται, quam plane et clare sine reddas, pellient eos qui paululum effugient, eos qui in errore conversantur, putat Judeos, Gentiles, vel potius Gnosticos haereticos, q. d. Gnostici eos qui nuper a sua heresi conversi fuerant ad orthodoxam fidem, rursum ad suam heresim pellient, refrendo et obturando illis escam priscarum voluptutum et libidinum, quibus in heresi indulserunt; quare ex cariar memoria, habitu et consuetudine facile in heresim relabuntur, eum ab ea. Sicut zeenteri conversi, ideoque teneri et imbecilles in fide orthodoxa. Huius sensu valde favent sequentia, et S. Augustinus, lib. *De Fide et Operib.*, cap. xxiv, cum sic legit: « Illieunt in concupiscentias carnis impudicitiam eos, qui paululum effugerunt in errore conversari; et S. Hieronymus, lib. II *Contra Jovianum*, dum sic verit, « pellient in desideriis carnis luxurie eos, qui paululum effugerunt et ad errorem reversi sunt. » Gra-

eum enim ἀπεριφέρεται reverti et conversari significat.

Summa, significat S. Petrus haereticos seducere, non eos qui in fide sunt fortes et veterani, sed qui in ea sunt noviti, debiles, ideoque facile nutant et seducuntur obiecta esca voluptatis, cui anteas assueverant toloque se addixerant. Unde S. Augustinus, tract. *De Utilitate credendi*, tom. IX: « Frumentum, ait, de area aut non reddit, aut reddit: aliquid palmarum auferit (hostis) vento tentationis, unde nobis faciat non viam perditionis, sed opus exercitationis. Ibidem docet diabolus pro idolatria induxisse hereses. Sicut enim pisces et aves et reti elapse, si juxta illud volent vel natent, escas retis inhiante, facile in illud residunt et irretrahunt: sicut et qui ab errore conversi sunt, si ejus doctores audiant et ad voluptates eorum auscultent, facile in eundem relabuntur; ut ergo tuli sint, debent proximus ex toto corde errori renunciare, et longissime ab eo ejusque doctoribus recedere, planeque aures claudere, ne quid de eo vel eminus audiant.

49. LIBERATEM ILLIS PROMITTEBANT (tum a peccato, tum a lege, tum a subjectione dominorum et principium, ut liber agant quidquid libet; luxuriam enim dicunt non esse peccatum, sed opus Dei et nature), CUM IPSI SERVI SINT CORRUPTIONES, — puta libidinis et voluptatis, que animum et corporis corruptim. Sicut enim easitas est integratas mentis et corporis, sic luxuria utriusque est corruptio: ejus ergo servos se faciunt: « Omnes enim qui facit peccatum, servus est peccati, » Joan. cap. viii, vers. 34. Scriptus Cicero Paradoxon: « Quod solus sapiens sit liber; improbus enim, licet negat, servum esse totum dominorum, quod vitiorum. » Diogenes siebat inter servos et dominos malos nisi intercesseret nomen, nisi quod servi servirent dominis, dominii cupiditatibus, iisque brutis et exilibus. Seneca, lib. *De Vita beata*, cap. v: « In regno nati, inquit, Deo parere libertas est. » Merito miratur S. Ephrem, *Aduot. ad pietatem*, tom. I, vel unum posse reperi, qui malit servire creature quam Creatori. Animus enim liber est, qui servis uni Deo, virtutis et creaturis omnibus totius mundo dominatur, ideoque felix est et beatus. Audi S. Salvianum, *De Provid.*, lib. I: « Nemo, ait, aliorum sensu miser est, sed suo, et ideo non possunt esse falsi iudicio miseri, qui sunt vere sua conscientia beati, etc. Nulli, ut opinor, beatores sum, quam qui ex scientia sua aliquo potu agunt. Humiles sunt Religiosi, hoc volunt; pauperes sunt, pauperie delectantur; simi ambitione sunt, ambitus resipiunt; inhonori sunt, honorem rejiciunt; lugent, lugere gestunt; infirmi sunt, infirmitate letantur. Cum infirmor, inquit Apostolus, tunc potens sum. Itaque quidquid accidit eiis quecumque Religiosi sunt, beati esse diendi sunt, quia inter quantumlibet aspera nulli letiores

sunt, quam qui hoc sunt quod volunt. » Vide dicta Epist. I, cap. II, vers. 16.

Porro non secundo viget secta Libertinorum, ita dicta a libertate Evangelica, quam primus proclamavit Lutherus. Hanc ita describit Stanislaus Rescius in *Sectarum Centuriis*: « Fanaticum hominum genus, in quo jure credas revixisse Gnosticos et Valentiniatas, quibus nihil æqua displicet ac simplex, proprius ac germanus Scripturae sensus. Illis Christus est Satanas, virtutum virtus, et virtutum vitium. Nihil enim ex eorum sententia peccatum est, nisi eorum opinione qui esse peccare putant. Verus Dei thesauri, et eo imbuta conscientia pro inferno illis habetur: pro paradiso autem conscientia divini iudicij contemplatrix, secura, stupidia et consopia. » Orientem homini omnia esse licita sine illa cœptione, omneque genus vivendi probant: lenonem suo volumi fungi munere, fures audacter furari jubent, matrimonio dissolvi volunt, cum uxor mariti sui tecum ceperit: unde promissoe laudent concubitus, idque eontinent spirituali matrimonium; communionem Sanctorum vocant communionem bonorum temporum, ideoque quantum quisque potest, ut rapiat, suadent. Resurrectionem iam factam esse dicunt, neque aliud expectandum iudicium. Jam Christianos omnes resurrexisse affirmant, quando animam humanam sciunt iam factam esse illum Dei spiritum immortalalem, immo in Dei essentiam redire, unde, inquit, exiit, eique ita jungi, ut unicus spiritus maneat. »

Denique haereticos nostri in Gallia, Belgio, Anna, etc., initio heresios arma sumperserunt contra orthodoxos principes, titulunque belli præteriunt libertatem conscientiae. At ubi rerum potiti sunt, eamdem, pro qua tot annis pugnarunt tantumque sanguinis effuderunt, everguntur, quin et seipso eadem privarunt. Nec enim permittunt sibi, vel alii libertatem religionis et fidei, sed omnes cogunt esse Protestantes vel Calvinistas, magisque orthodoxos persecuntur ad necem usque, ad tormenta inaudita, quam Turcas et Saracenos, immo quam Turcas Christianos. Hæcne est libertas tot cedibus quesita et promissa, immo jurata? Eleganter has humani generis pestes, Ecclesiæ furias, regnorum faces, vel potius ardentes inferorum telas depingit noster Perpinianus, testis oculatus, orat. 8.

A QUO ENIM QUI SUPERATUS EST, HUIUS ET SERVUS EST. — Graece διδόμενος, id est servitus, vel in servitutem adductus est. Hinc mancipium dictum est quasi manus captum in bello, et servus quasi servulus ab hoste, ait S. Augustinus, lib. XIX *De Civil.*, xv. Jure enim gentium sic inducta est servitus, dum victores hostibus bello capti quis occidere poterant, vilam condonarunt, necenque in servitutem commutabantur, ut docet Justinianus, in *Instit. de jure person.*, lib. IV, § 1. Unde idem Augustinus hunc locum sic legit: « A quo enim quis devictus est, huic et servus adductus

est; » et S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*: « Unusquisque enim ei subjicit passio, a qua vincitur. »

« Quanta iniquitas, exclamat S. Augustinus, lib. *De Honest. mulierum*, cap. xxx., ut animam quam Christus suo sanguine redemit, luxuriosus prouis horae delectatione diabolo vendat ac tradat? Atque huius venditionis syngrapham propria subscriptione munimat, tradit diabolo peccator. Sic explicat Origines, nom. 23 in Gen., illud ad Coloss. cap. II, vers. 14, *Delenet quod adversus nos erat chirographum*: « Istud chirographum, ait, peccatorum nostrorum cautio fuit: unusquisque etenim nostrum in iis que delinquit, efficit debitor, et peccati sui literas scribit. » Idem videtur suo more Gentiles. « Diogenes vocabat se imperatorem, Alexandrum Magnum vero servum servorum suorum, quod ille serviret suis cupiditatibus, quibus ipse imperabat. Ita Manutius in Apoph. *Diogenes*, lib. III, centur. 1, num. 47. Eadem Alexander scriptor Brachmannus, « Nihil prodesse orbis dominum fieri, infimes autem vilium rei servire: subvertentes inimicos externos, ut foveat ac sustentet internos. »

20. Si ENIM REFUGIENTES CONIUNCTIONES MUNDI (hoc est, errores et peccata, puta gentilismi superstitiones et idolatrias), indeque consequentem voluptatum et libidinis licentiam. Sensus est, q. d. Talibus qui scilicet fugientes inquinamenta, voluptates et libidines mundi, conlulerunt se ad cognitionem, id est, ad fidem et cultum Christi, si ab eo apostolantes ad gentilismum, vel potius heresim Gnosticorum, rursus iis inquinantibus) IMPLICATI SUPERANTUR (que ante superaverunt, uti legit S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*), FACTA SUNT EIS POSTERIORA DETERIORA PERTURBOS, — tum quia gravius est malum recidivi; tum quia magis et profundius se vitii pristinis immergunt, habitumque validiorem induunt; tum quia ingratis gratiae Dei ab ea deseruntur. Alludit, imo citat illud Christi: « Finit novissima hominis illius pejora probatur, » *Math. cap. XIII, vers. 45*; et *Jerem. cap. II, vers. 36*: « Quia vi- lis facta es nimis iterans vias tuas! » S. Basilius, *Regula 289 ex breviori*, acute notat, cum quis relabitur in peccatum, signum esse, primitus cum a peccato non plane recessisse, nec ejus radicum extirpasse, sed adhuc occulisse in animo ejus considerare peccatum et concupiscentiam. Unde inferit Guillelmus Parisiensis, lib. *De Sacrament. Panit.*, cap. v, talem non habuisse validam et efficacem contritionem. Comparat S. Petrus Gnosticos cum idololatriis; ut qui ex idololatriis facti sint Christiani, si e Christianis fiant Gnostici, videantur relabi in idolatriam, quia Gnostici in multis nefariorum cultum infidelium imitabantur, et quia per utrumque erat impieatis, eadem libido, idem parens. Unde Tertullianus, lib. *De Proscript.*, cap. XL, docet neque ab idolatria distare heresem, cum et auctoris et operis ejusdem sint.

oujus et idolatria: Deum autem fingunt alium adversus Creatorem; aut si unicum creforem contentur, alterum eum disserunt quam in verò est. Itaque omne mendacium quod de Deo dicunt, quodammodo genus est idololatria. » Nam, ut ait S. Augustinus, *Quast. XXIX in Iosua*: « Quisquis talem Deum cogitat qualis non est Deus, alterum Deum unicus et falsum in cogitatione portat. »

Moraliter note hic, quod sicut agri convalescentis relapsus in moribus gravior et periculosis est priore morbo, ita et relapsus justificati in peccatum. Audi S. Paulum, *Hebr. cap. VI, vers. 4*: « Impossibile, inquit, est eos qui semel sunt illuminati, gauderunt etiam donum celeste, et participes facti sunt Spiritus Sancti, gauderunt inimicorum bonum. Ut verbum, virtutesque seculi venturi, et prolapsi sunt rursus, renoveri ad penitentiam. » Et alibi: « Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquunt pro peccatis hostia, terribili autem quedam expectatio iudicij et ignis ammalit, quo consumptura est adversarios. » Et S. Chrysostomus, homil. *De Lapsi primi hominum*: « Noli, ait, peccare post veniam, noli vulnerari post eum, noli sordidari post gratiam: cogita, o homo, gravorem esse culpam post veniam, renovatum vulnus pejus dolere post eum, molestus hominem sordidari post gratiam. Quare indulgentiae ingratus est, qui post veniam peccat; sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est vulnerat; nec mundari refut, qui semetipsum post gratiam sordidat. » Et paucis interiecit: « Grave est hominem instruendum delinquere, gravius absolutum peccare: servo pejor est, qui patrom post datum libertatem offendit: beneficis ingratus est, qui datorem tumoris arrogantis despiciat. » Vide nostrum Joannem Buseum in *Area Medica*, verb. *Recidivam*, ubi quinque adversus recidivam peccati remedia suggerit, eaque testimonialis S. Scriptura et Patrum confirmat.

21. MELIUS, — non positive, quasi majus sit bonum, cum nec sit bonum; sed negative, quia minus malum, hoc est, minor est infidelis ignorans, quam fidelis cognoscens culpa, ideoque minor erit et pena. « Ille enim nondum accessit, iste retrospexit, » ait S. Augustinus in *Ps. LXXXIII*. Idem S. Augustinus, coniunctione 2 in *Psalm. XXX*: « Cum dicit, inquit, Melius erat illis non cognoscere viam justitiae, non judicavit meliores esse inimicos foris positos, quam intus male viventes, quibus premunt et gravatur *Ecclesia*? » Et S. Basilius, lib. IV *De Provident.*: « Nunc, ait, quia iam Christianum agnoscit, qui susceptus es quasi infra or. Del per fidem agnitionem, projiceris per tempore; quod etiam beatus Petrus exposuit, dicens de vitiis et tepidis: Melius erat illis, » etc. Non COGNOSCERE, — p̄a τρεποντα, id est non cognoscere.

VIAM JUSTITIE, — id est institutum et religio-

non christianam, sive Christianum: hic enim est via nos ducent ad veram virtutem et justitiam eorum. Deo, in qua proinde nomini sistere licet, sed quemque semper in ea progressi et proficere oportet, donec a. metam, puta celestem patriam et gloriam perveniat. Aliqui pro *justitiae* legunt *ἀριστα*, id est *veritatis*, id est, vera doctrina et fiducia, itaEvangelii.

RETRORSUM CONVERTITA SANCTO MANDATO. — S. Augustinus, *De Fide et Oper. cap. XXIV*, legit, reflecti a tradito; » S. Hieronymus, lib. I *Contra Jovinianum*, *retrorsum converti*, et relinquere sanctum mandatum, quod eis traditum est. »

« Sanctum mandatum » vocal legem Evangelicam. Primo, quia eius auctor est Christus et Spiritus Sanctus.

Secundo, quia lex Evangelica docet jubetique omnem puritatem et sanctimoniam, ac vetat omnem coquinacionem et impuritatem.

Tertio, quia omnes sibi obedientia sanctificat per doctrinam, gratiam et sacramenta que suggestum.

Quarto, quia sancte servari debet: ejus enim modus, neque ad finis, est sanctitas, iuxta illud: « Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberari, servamus illi in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris, » *Luke. I, 78*.

Quinto, quia multa in ea sine gratia sanctificante observari nequeunt, inter quae prima est lex charitatis, suspectio Eucharistie, administratio S. Sacramentorum.

Sexto, quia pro objecto habet Deum, qui est ipsa sanctitas: hunc enim colit fide, spe, charitate, religione esteris virtutibus Christianis.

Septimo, mandatum Evangelii sanctum est, quia a Deo sanctum et firmatum, ut duret per omnia secula, perque totam eternitatem, utique a Sanctis in celo pleno et perfecte adimplatur. Preclare enim Salvianus, lib. IV *ad Eccles. Cathol.*, in fine: « Cuncti, inquit, qui oderunt mandatum sacrum, causam eodi in seipsis habent. Omne fastidium non in preceptis legis, sed in moribus suis. Lex quippe bona est, sed mores mali, ac per hoc mutant homines propositum et affectum suum. Si enim mores suos probables esse fecerint, nihil eis quod lex bona praecipit, displicebit: quando enim bonus quis esse coparet, non potest non diligere legem Dei, quia hoc intra se habet lex Dei sancta, quod sancti homines in moribus. » Loquitur S. Petrus de apostolia et apostolatibus a sancta C' isti fide et lege ad impunitam Gnosticismum sanctam. Ejus famae sententiam recte adaptat Sacerdotibus et Religiosis, qui a sacerdotio et religione apostolant, redeundent ad seculum, aut docunt uxores, vel potius concubinas: quod quantum sit nefas, vide apud S. Basilium *Iug. fusior.*, *Iug. 14*; *Cessarium*, *hom. 3 ad Monach.*; Auctorem serm. *ad Fratres in errore* apud S. Augustinum, tom. X, serm. 8 et 34, ac nostrum Hieronymum Platnum, *III De Bono status religiosi*, *XXXVII*.

Maxime vero taxat Agapetarum sectam, quae orta paulo ante tempora S. Hieronymi valde sese dilatavit, ideoque plerique Patres, ut SS. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Nazianzenus, Basilius, lib. *De Virgin.*, in eam acriter invehuntur. Vocabantur græce ἀγαπηταί, id est *dilecta* (item sorores adoptivæ, ut a. S. Chrysostomus), eo quod praetexta dilectionis viris spiritualibus cohaberant, quasi ab illis instruenda et formanda in pietate et virtute, sed sub hoc praetextu turpiter vivebant, uti etiamnum nonnullis in locis fit. Quocirca Patres jam citati docent virgines et mulieres devotas viane debere a viris, etiam spiritualibus, separari. Audi S. Hieronymum ad Eustochium, lib. *De Custod. virgin.*: « Pudet, ait, dicere (pro nefas!) triste, sed verum est. Unde in Ecclesiis Agapetarum pestis introit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? immo unde novum concubinorum genus? Plus inferam: Unde metretices univira? Eadem domo, uno cubiculo, se uno tenent et lectulo, et suspiciosos nos vocant, si hinc aliquid existimamus. Frater sororum virginem deserit; calibem spernit virgo germanum, fratrem querit extraneum. Et cum in eodem proposito esse simulant, querunt alienorum spirituale solatium, ut domi habeant carnale commercium. Hujusmodi homines Salomon in Proverbis spernit, dicens: *Alligabit quis in sinu ignem, et vestimenta ejus non comburent?* Aut ambulabit super carbones ignis, et pedes illius non ardrebunt? » Itursum idem Hieronymus paulo supra ibidem: « Ha sunt, inquit, quae solent dicere: *Omnia munda mundis.* Sufficiunt mihi conscientia mea. Cor mundum Deus solium desiderat. Cur me abstineam a cibis quos Deus creavit ad utendum? El si quando volunt festive et lepido vivere, ubi se merito ingurgitavent, obviciati sacrilegiorum copulantur aiunt: Absit, ut ego me a Christi sanguine abstineam. Et quam viderint pallentem atque tristem, miseram atque Manicheam vocant. Et consequenter tali proposito jejunium heresis est. His sunt que per publicum notabiliter incedunt, et futvis oculorum nutibus adolescentum greges post se trahunt, que semper audient per Prophetam: *Facie meretrices facta est tibi, impudorata es tu. Purpure tantum in ueste tenuis, et laxius, ut crines decident, ligatum caput: soccus vilior, et per humeros hyacinthina lana mavore volitans; succincta manica brachii adherentes, et solitus genibus fractus incessus. Hec apud illas tota virginitas.* »

22. CANIS REVERsus AD VOMITUM. — Comparat Gentiles a Christianismo relapsos in heresim Gnosticorum, canibus. Primo, quia tales sicut canes revertentes ad vomitum, id est ad errores, galas et libidines, quas in Christianismo evomerant et abjecerant. Porro vomitum resorbere est fondum et abominabile. Unde S. Augustinus, conc. in *Psalm. XXX*: « Vide, ait, quam horribili rei eos

comparaverit. Horribilis profectores est proprium resorbere vomitum, nec in summa quidem fame a quoquam usurpatum. Secundo, quia impudici et impudentes sunt ut canes, qui in publico commiscuntur. Unde impurus Diogenes ob caninam obscenitatem et iuvercundiam vocatus est Cynicus, id est, caninus et canis, teste Laertio. Rursum et canis nota Gnosticorum vagas et promiscuas libidines, ad adulteria: talis enim sunt canum; unde proverbiu: « Canis masculi infinita cubilia. » Tertio, quia heretici veraque fidei oblatrant, ac orthodoxos verbo et scripto insectantur quasi canes latrantes: ita S. Chrysostomus, hom. De Cruce Domini: « Canes, ait, sunt omnes heretici, qui contra Creatorem suum blasphemiarum extendunt eloqua. » Quarto, quia canis vile fedemque est animal et legaliter immundum, ut patet Deuter. xxii, 48: tales quoque sunt heretici. Unde Eccl. xii, 22: « Que communicatio, ait, sanclo homini ad canem? » Et Isaías, cap. ult., 3: « Qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem; » et Christus, Matth. vii, 6: « Nolite dare sanctum canibus, neque mititas margaritas vestras ante porcos. » Huius alludens

Petrus utramque Christi similitudinem, puta canum et pororum, usurpat. Quinto, quia, ut ait S. Hieronymus ad Rusticum: « Pomparum ferociis procedunt in publicum ut caninam exercant facundiam, » scilicet compositam duntaxat ad maledicendum et rixandum, que canina dicta est, a rixa et oblatrato canum. Porro hec male-dicentis arguit herefcorum timiditatem, falsitatem et diffidentiam. Sicut enim canes timidissimi maxime latrant, quia mordere non audent, vel nequeunt; canes vero muti mordent, nec latrant: sic heretici quia timi et diffidunt causa sua, utpote false et erronee, hinc clamoribus et maledictis eam tegere, illicet victoriam obtineant, quam sciunt se argumentari et rationibus obtinere non posse. Sexto, canes sunt mendaci: mendaciam enim astando mense hori, in cumque intenti, offam et ossa expectant. Unde proverbiu: « Canis mendacio auxilians. » Canes enim infesti sunt mendicis quasi *lucifugae*, qui scilicet eandem secum artem excent, panemque præcipiant; unde mendaci obiciendo canibus frustum eos sibi conciliare solent. Ita mendicant heretici, mensisque et bursis divitum inhant, et quasi canes circa macellum et intestina oberrant. Est enim « odora canum vis, » et ubiquecumque odorator es-
t, eo se insinuat. Septimo, canis pronus est in vindictam, sed stolidie lapidem in se jactum remordet; juie' em vero dimittit, quasi eum non audeat attingere, ait Plato, lib. V De Republ. Ita heretici prolixes sunt in vindictam, cumque veritatem et eruditos se impelentes impotens et ulcisci nequeant, plebem indoclam invadunt. Octavo, canes vivunt ofiose et securi ex alieno, juxta illud: « Canis vivens et magdalica, » id est, e furfure, a lipa ceterisque manuum purgamentis;

et: « Canis tanquam Delum navigans, » jac solitum in supinum, otiosum, securum, ac voluptuariam vilam agentem: nam Athenis facilis actuta in Delum erat navigatio. Eamdem vitam vivunt heretici. Unde Paulus: « Vide, ait, canes, vide malos operarios, » etc. concessione, » Philip. iii, 2. Nonne, canes acerit in venatione perse-
quuntur feram, eamque cingunt donec compre-
hendant et lanient; « est enim genus acre lupo-
rum atque canum, » ait Virgilii, III Georg.

Et canibus leporum, canibus venabere danas,

Ibidem. Et Ovidius in Ibis:

Sciendit avidi perfida corda canes.

Ita heretici venantur animas quasi lepros, nec desistunt donec eas capiant et occident.

Decimo, canes horrabiliter ululant, quod « baubare » vocat Lucretius. Hinc apud inferos dicunt Poeta esse tricopitem canem, qui Cerberum, instar horrendi monstri, qui damnatos mordet et cruciet. Similis est ululatus, morsus, horror et cruciatus hereticorum, praesertim in gehenna. Hinc Cerberus dictus est quasi *speluncos*; id est, « carnem vorans, » de quo Virgilii, VI Aeneid. :

Cerberus haec ingens latra regna traxi
Personat, adverso recubans immanis in atra:

et mox :

Ille fame rabida tria gutura pandens
Corripit objectam, alque immo' terga resolut.

Moraliter S. Gregorius, III part. Pastor., admon. XXXI, hanc S. Petri sententiam applicat quibusdam apud peccata dimissa redeundibus. Alludit enim S. Petrus ad illud Proverb. xxvi, 11: « Siccanus qui revertitur ad vomitum suum, sive imprudens qui iterat stultitiam suam. Admonendi sunt enim, inquit S. Gregorius, qui admissa plangunt, nec tamen deserunt; atque aliter qui deserunt, ne tamen plangunt. Admonendi sunt enim qui admissa plangunt, nec tamen deserunt, ut considerare solle-
ti sciant, quia flendo manter se mundant, qui vivendo nequiter inquinant, cum idecero se laer-
mis lavant, ut mundi ad sordes redant. Hinc enim scriptum est: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in voluntabro lutu. Canis quippe cum vomit, profecto cibum qui peccatum deprimebat, project; sed cum ad vomitum revertitur, levigatus fuerat, rursum oneratur. Et qui admissa plangunt, profecto nequitur de qua male satiat fuerant, et que mentis intima depr' ebant, confitendo projiciunt, quam post confessionem dum repetunt, resumunt. Suis vero in voluntabro lutu cum lavatur, sordidior redditur. Et qui admissum plangit, nec tamen deserit, pene gravioris culpo se subiect, quia et ipsam quam flendo potuit impe-
trare, veniam contemnit, et quasi in luto aqua semetipsum volvit, quia dum flentibus suis vita mundanum subtrahit, ante Dei oculos sordidas in-

et: « Hinc etiam facrymas facit; » et paulo inferius: « Ille per quemdam sapientem (Eccl. xxxiv) di-
citur: Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit
illum, quid proficit lavatio ejus? Baptizatur quippe
a mortuo, qui mundatus flentibus a peccato: sed
post baptismum mortuum tangit, qui culpam post
lacrymas repeat. »

Guilielmus Parisiensis, lib. De Panit. cap. xii, apte pieque docet in confessione evomi peccata, idcoque detestabiles esse qui postmodum ad peccata redeunt, ac opera virulenta que semel evolu-
meruntur, resorvent. Vide S. Augustinum in Psalm.
LXXXIII, post initium, ubi urgat exemplum uxoris Lot, que retro respiciens versus Sodoman, versa est in statuam satis, citamque hunc locum S. Pe-
tri: « Canis, inquit, reversus ad suum vomitum. Premebat enim peccus conscientia peccatorum, accepta indulgentia quasi vominaret, relutavit et peccatum tuum. Facta est bona conscientia ex mala conscientia. Quid rursus converterit ad vomitum tuum? Si canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculus Dei? »

Sed lota (rediens, rursumque se volutans) in
voluntabro lutu. — Unde Graeci clarissim habent:
« Sus lota ad voluntabrum lutu, » scilicet reversa.
Voluntabrum est locus conosus ubi suis voluntan-
tur, de quo Virgilii, lib. III Georgie. :

Sape voluntabris pulsos silvestribus apos
Larvam turbabis agens.

Et Horatius, lib. I, epist. 2 :

Et amica luto sus.

Nota Gnosticos, tum qui pores, ait Horus, et ex eo Pierius, Hierolog. ix, symbolum est homi-
num veritatem spennitum, profanorum, perni-
ciosorum et eorum qui a Deo penitus sunt aversi,
quales erant Gnostici; tum quia Gnosti dicti
sunt Borboriti, id est canos, vel lutosi, a *bœzo*,
id est *luto*, sive *ceno*. « Ille enim, ut ait Philastrius,
De Heresi, in coenam euntes, et inde oblitii de
ceno facies et membra sua deformantes ger-
bant; » et S. Augustinus, heresi 6 : « Nonnulli,
alii, eos (Gnosticos) Borboritas vocant quasi ce-
nos, propter nimiam turpiditudinem quam in
suis mysteriis exercere dicuntur. » Similes novi
Gnosti cenos, nuper ex Anabaptista orti sunt
in Hollandia, quorum secta vocular *curvus sternorum*; quia sentinam putidissimorum errorum et
blasphemiarum vehit, omnemque religionis cur-
ram abiecit, ait ex Ulembergio Rescusi in Secta-
rum centuriis; ubi et ex Hosio aliama sectam re-
censet eorum qui vocantur *Suistæ*, eo quod sui
capiti somnia sequuntur. « Rusticos, inquit,
fuit Lutherus, monachus Bucerus, stigmatius
Calvinus, carnicus Sudrovius, sui spiritus ergo
cuique sequenda sunt consilia: suo spiritu ex
inspiratione Spiritus Sancti quisque interpretetur
S. Scripturam, sibi sapient et consulat. » Vera
Scriptura, sibi sapient et consulat. » Vera
Suisticum, immo suinum est hoc eorum dictum.

Moraliter Origenes, hom. 4 in Psalm. XXXVII,
recte peccatores comparat suibus. Primo, quia
recte suas res sordidas et putidas adamant, haben-
tque pro deliciis, decore et odore suavissimo, ita
et peccatores: « Porci, inquit, similes dicuntur hi
qui peccatorum foedoribus delectantur sicut porci,
qui factorem omnem tanquam odorem suavis-
simum expetunt. Considera ergo peccatorum qui
peccatis suis delectatur, et hec est in malis suis,
quoniam et ipse in stercore freato voluntatur, et
nullum foedus ejus qui ex peccata stercore oritur,
percepit sensum, ac velut in summis voluptatibus
et gratissimis deliciis delectatur. » Quin et Cicero,
De Arusp. resp.: « Velut sui quedam luto, inquit,
ita stupris delectatur; » et Horatius :

Epicuri de grege porcas.

Secundo, quia peccator in se spurcus et foedus
est uti porcus, prescrim sus, quae est animal ca-
lidum, obscenum et foedum. Dene nonnulli cen-
dunt dictum esse *foedus*, eo quod in illo feriendo
metabat animal *foedum*, id est porca, juxta il-
lud Virgilii, VIII Enoid. :

Stabant, et cassa jingebant foedera porca.

Inde manarunt phrases « ferire, icere, percutere
foedus, » quia scilicet feriebatur porca ad sancien-
dum foedus. Hinc diabolus adamat porcos, et
sepe in specie porci appetat, ac porci vel corpus,
vel formam induit, ut patet ex Vita S. Antonii;
quoniam et a Christo petit facultatem ingrediendi
in porcos, Matth. viii, 3: prescrim quia porci om-
nes in Italia locisque vicinis sunt nigri (unde Alba
ubs vicinia Roma, ejusque parentes et amilia, ita
dicta est a prodigio albus suis, quae ibi præter
morem enixa est triginta nefrendes); diabolus
autem aternarius est, non coloribus, sed moribus
et gehennæ ardoribus.

Tertio, quia sus pascit rebus sordidis, ita et
gulosus; unde proverbiu: « Sus comessatur, »
Rursum sus saginatur ut mactetur: ita peccator
saginatur se ut mactetur, epulunque prebeat dia-
bolo in gehenna.

Quarto, porcus in ventrem pronus non nisi ter-
ram aspicit, terra inebiat, ne aliud est quam
moles carneia, terrestris et ponderosa: sic et peccato-
torum terrensis inebiat, ventri et carni inebiat. Hinc
Lutherus suos Lutheranos in ventrem projectos
vocabat suos, ut superius dixi. Audi Laetantium,
lib. IV, cap. xvii, qui dicens causam cur Judeis
eius sunt sullies interdictus fuerit, sic ait: « Est enim
lulutulentum hoc animal, et immundus, neq; un-
quam celum aspiciat, sed in terram totu et cor-
pore et ore projectum ventri semper et pubulo
servit, ne ullum alium, dum vivit, prestare usum
potest, sicut ceterae animantes, quae vel sedendi
vehiculum prebeat, vel in cultibus agrorum ju-
vant, vel plastrua collo trahunt, vel onera tergo
gestant, vel indumenta exuvias suis exhibent,
vel copia lactis exuberant, vel custodiendis domi-

bus invigilant. Interdixit ergo ne porcina carne uterentur, id est, ne vitam pororum imilarentur, qui ad solam mortem nutriantur; ne ventri ac voluntatibus servientes, ad faciendam justitiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Item in se fodi libidinibus immergent, sicut sus que se ingurgitabat ceno, vel ne terrenis serviant simularis, ac se luto inquinent; luto enim so oblinunt, qui Deos, id est, qui lutum terraque venerantur.»

Quinto, quia sus invercundus est, neque dominum cum vorat, agnoscit; quin et subinde effera dum foetus lactat, pueros invadit, neat, devorat. Audi Aristotelem, lib. VI *Histor. anim.*, cap. XVIII : «Sues cum libidine excitantur, quod subare dicunt, vel homines aggreduntur, » ita peccator invercundus, ingratus et intans est, quia Deum creatorum suum non agnoscit, non curat, non metuit. Vide dicta de sue et porco, *Levit.* xi, 7.

Sexto, esus continuus suilla lepram alias graves morbos creat : ita voluptates peccatori creant morbos corporis et tormenta anima. Denique de sue Plinius, lib. VII, cap. LI : «Animal, ait, hoc maxime brutum, animamque et pro sale datum non illepidè existimatur.» Sie peccator brutus est, et ex homine nil hominis habet praeter animam, que instar salis corpus a putredine et corruptione conservat.

Septimo, aprorum et suram silvestrum ingen est feritas, adeo ut plantas arboresec suffodian, quin et conficiant et dispersant : ita libido omnime peccatum heminem efferaat, factie sevum et crudelium. Audi Aristotelem, lib. I *De Histor. anim.*, cap. I : «Animantes aliae, inquit, animose, pericaces, bruta omnino, ut suas silvestres.» Denique habetudo et stoliditas suis patet ex hirta seta, sullo vultu, oculis, rostro, grunniitu, etc. Hinc proverbium apud Stuidam : «Asinus lyram, eus audit stolidus tubam, » dictum in eos qui res egregias audiunt, sed eas neque intelligunt, neque mirantur, et illud : «Sus Minervam, » eum quis stupidus docere voluit sapientem; et illud : «Sus fustem, » cum quis se stolidus in praesens periculum et periclem precipitat; et illud : «Sus per rosas, » dictum in agrestes et intractabiles : nec enim sus per rosas duci potest, quin eas fodet; et illud :

Actus sus improba pendes,

id est, pusillum commodi magno lues malo. Ita omnia facile est peccatori adaptare, qui stolidissimo se in omne malum praecepit ob micam vel guttam voluptatis.

Hec est ergo idea haereticorum, quam toto hoc capite graphicis hisce moribus, quasi coloribus ad vivum pinxit S. Petrus. *Primo*, vers. 4 : Haereticorum, inquit, sunt pseudoprophecia et magistri mendacis. *Secundo*, introducent sectas perditionis. *Tertio*, eum qui emit eos, Deo. *Quinto* negant. *Quarto*, vers. 2, multi sequuntur eorum luxurias. *Quinto*, per eos via veritatis blasphematur. *Sexto*, vers. 3, in avaritia de fidelium corpore et anima cum dampno negotiantur. *Septimo*, ant hypocritice et adulatores: utrumque enim verbis fictis et blandiloquitis, et ad sedendum compositis. *Octavo*, perditio eorum accelerat. *Nono*, vers. 8, similes sunt Lucifer et demonibus. *Decimo*, vers. 3, similes sunt carnalibus mersis diluvio, ac Sodomitis. *Undecimo*, vers. 10, post carnem in concepcionis immunitate ambulant. *Duodecimo*, dominationem temtemunt. *Decimo tertio*, sunt andaces. *Decimo quartu*, sibi placentes. *Decimo quinto*, blasphemati. *Decimo sexto*, vers. 12, sunt velut irrationalia pecora nata in captionem et perditionem. *Decimo septimo*, que non intelligent, blasphemant. *Decimo octavo*, vers. 13, sunt voluptuarii, coquinaciones et macule, deliciis affluentes. *Decimo nono*, in convivis luxuriantes, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis delicti. *Vigesimo*, vers. 14, pellicuntur animas instabiles. *Vigesimo primo*, cor habent avaritia exercitatum. *Vigesimo secundo*, sunt maledictio filii. *Vigesimo tertio*, vers. 15, dereliquentes viam rectam errant. *Vigesimo quarto*, sequuntur viam Balaam, qui mercedem iniquitatis amavit, ideoque periret. *Vigesimo quinto*, vers. 17, sunt fontes sine aqua. *Vigesimo sexto*, sunt nebulae turbinibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservatur. *Vigesimo septimo*, vers. 18, superba vanitatis loquuntur. *Vigesimo octavo*, pellicuntur per escam voluptatum et luxurie noviter ab ea conversos. *Vigesimo nono*, vers. 19, promittunt libertatem, cum ipsi sint servi corruptionis. *Trigesimo*, vers. 29, fiunt eis posteriora deteriora prioribus. *Trigesimo primo*, vers. 22, sunt velut canes reversi ad voltum, et velut suas latae reverse ad voluntarium luti.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Inter alia que docebant Gnostici aliquae haereticorum, erat hoc, nullum fore iudicium, ut homines sine mensa iudicis et vindictis Christi suis concepientis et heresis libere indulgerent. Refutatio hoc S. Petrus, *ad horrorem iudicij improvisi*, et ignis horre quo conflagrabit mundus, atque novos cales novamque terram graphicis depingit; indeque concludit : Propter quod, charissimi, hoc expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inventuri in pace. *Secundo*, ne mitterent iudicium differri, ait ejus moram fore breve, eamque a Deo hominibus concedi ad hoc, ut penitentes et sua saluti consulant, uti monuit S. Paulus in suis Epistolis, quas asserit esse difficiles intellectu, et ab haereticis depravari. *Denique*, vers. 17, monet ut in fide et gratia Christi firmi persistant et crescant.

1. Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem : 2. ut memores sitis eorum, quae praedixi verborum a sanctis Prophetis, et Apostolorum vestrorum, preceptorum Domini et Salvatoris. 3. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concepientias ambulantes. 4. Dicentes : Ubi est promissio, aut adventus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. 5. Latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius, et terra, de aqua et per aquam consistens Dei verbo : 6. per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus periret. 7. Cœli autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicij, et perditionis impiorum hominum. 8. Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unius. 9. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimat; sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. 10. Adveniet autem dies Domini ut fur : in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calor solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur. 11. Cum igitur haec omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatisibus, 12. expectantes, et properantes in adventum dei Domini, per quem cœli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescunt? 13. Novos vero cales, et novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat. 14. Propter quod, charissimi, haec expectantes, satagite immaculati et inviolati ei inventuri in pace. 15. Et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini : sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datum sibi sapientiam scripsit vobis. 16. Sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficultas intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et ceteras Scripturas, ad suum ipsum perditorem. 17. Vos, igitur, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. 18. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria et nunc, et in diem aeternitatis. Amen.

2. *HANC ECCE VOBIS*, — o Christiani dispersi per Asiam, Bithyniam, Cappadociam, etc., ut dixit epist. I, cap. 1, vers. 1; significat enim hic se illum scribere hanc secundam, quibus olim scriptis primam epistolam.

In quibus, — scilicet epistolis duabus, puta prima et secunda jam dictis.

VESTRAM EXCITO IN COMMONITIONE SINCERAM MEN-

TEM. — «Excito, » scilicet quasi a somno torporis, temporis et oblitiosis: hoc enim innuit Graecum *ἐντάπιος*. Pagninus, «extremulo per commonitionem vestram sinceram mentem.» Graecæ *ἰντριψίας* (perperam Erasmus legit, *ἰντριψία*, id est, in cogitatione), hoc est, in commonitione, in recordatione, in revocatione ad memoriam, juxta id quod dixit epist. I, cap. 1, vers. 12 : «Propter quod in-